Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Mantzel

# Praesagia Eruditorum De Eruditis : Sive Prosphnsis Gratulatoria Ad Virum ... Dn. Heinricum Pippingium, SS. Theol. Doctorem celeberrimum, Potentissimo Regi Poloniarum & Electori Saxoniæ a Consiliis Ecclesiasticis longe Gravissimum

Dresdae: Zimmermann, 1709

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn833110128

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn833110128/phys_0001

Bb 1053 1-31.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn833110128/phys_0002

# PRÆSAGIA
# ERUDITORUM DE ERUDITIS,

Sive

Προσφώνησις GRATULATORIA

Ad

# VIRUM

*Summe Reverendum, Magnificum, Nobilisſimum, Excellentisſimum,*

# DN. HEINRICUM PIPPINGIUM,

*SS. Theol. Doctorem celeberrimum,*

Potentiſſimo Regi Poloniarum & Electori Saxoniæ a Conſiliis Eccleſiaſticis longe Graviſſimum,

*Qva*

*Patrono & Fautori ſuo magno, ut & olim Præceptori longe honoratiſſimo.*

Arduum hoc ipſo anno ſuſceptum Officium ſero qvidem, tamen ſerio, gratulatur.


*M. JOACHIMUS* Mantzel / *Roſtoch.*

Phrontiſterii Parchimenſis in Ducatu Megap. Con-Rector.


---


DRESDÆ, apud JOH. CHRIST. ZIMMERMANN.



Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn833110128/phys_0003

# *M. J. M. R.*

## §. I.

INterceſſerat, *VIR SUMME REVERENDE*, inde per aliqvot annos mihi Tecum negotiatio literarum privata, nec minorem ex eadem perceperam variis in rebus, qvam qva frui licebat, cum ab ore Tuo ante decennium penderem auditor, informationem. Qvare ne mea culpa interrumperetur illa literarum viciſſitudo, & fides ſemel data falleret, præteritis nundinis Paſchalibus, inſtitoribus noſtris Lipſiam petentibus, nonnulla qvoqve, tenuioris licet momenti, Tibi, *VIR MAGNIFICE,* offerenda tradidi. Vix illi aberant, en! inopinatus plane, gratiſſimus autem, ad me rumor defertur, *PIPPINGIUM* Lipſia Dresdam, Generum in Soceri, Archi-Theologi Saxonici, locum, felici ſidere, evocatum. Statim, qvod lubens fateor, id enim volebant merita Pippingiana, famæ qvid tribuebam. Statim etiam de publico gratulationis teſtimonio conſilia mecum inibam. Erant vero illa cum dubitatione conjuncta non minima, donec non multo poſt Dn. *JOH. CHRISTOPH.* Mantzel / Patruelis meus chariſſimus, politioris literaturæ Studioſus indefeſſus, Witteberga perſcriberet, *PIPPINGIUM*, Concionatorem Aulæ Saxonicæ ſupremum, in Doctorem Theologiæ ibidem promotum; *PIPPINGIUM*, Virum ſummum, non una vice tenuitatis meæ in colloqvio privato honorificam injeciſſe mentionem, nec non, ut Favoris ſui, qvid magis cupio? me faceret certiorem,

ſibi

ſibi demandaſſe. Ab hoc igitur tempore non deterritus, ſed inflammatus ad illud, qvod animo conceperam, de congruo qvodam, & tanto Viro, qvalem *TE* Orbis eruditus una cum Eccleſia veneratur, dignum qvod judicaretur, Themate cogitavi. Obtulerunt vero ſeſe, quæ *TIBI*, obnixe rogans, velis borealem hancce inqve loco ab eruditis penitus ſemoto collectam lucubrationem benevolis dignari oculis, jamjam offero, *PRÆSAGIA ERUDITORUM de ERUDITIS.*

§. II. Nolo autem ſub ipſo Schediaſmatis limine, ut lateat, qua occaſione ad hoc ipſum Thema ſim devolutus. Eo nimirum tempore, qvo Lipſiæ ſtudiorum cauſa degebam, & omnes egregia Tua, qvæ divina conceſſerat gratia, dona admirabantur, non una vice ex optimæ fidei hominibus audivi, *Chryſoſtomum* illum ſimulac *Jeremiam* Lipſienſem, *B. D. JOH. BENED. CARPZOVIUM II.* (*) *de TE, VIR MAGNIFICE*, genuino ipſius in omnibus, Orthodoxia & Orthotomia præcipue, diſcipulo, ejusmodi pronunciaſſe *PRÆSAGIUM: Pippingius meus erit olim magnus in Eccleſia Vir!* vel, ut Germanice efferebant: **Mein Pipping / mein Pipping der wird einmahl was groſſes werden!** Hoc ipſum, qvod modo adduxi *CARPZOVII* Præſagium, de TE eruditiſſimo viro prolatum, eo me deduxit, ut alia ejusmodi in mentem mihi revocarem *Eruditorum de variis Eruditis PRÆSAGIA.*

§. III. Qvid vero ſibi velit vox, *PRÆSAGIUM*, non eſſe judico, ut multis prolixe explicetur. Veteribus enim verbum *ſagire* idem notabat, ac ſentire acute, & qvi ante ſagiebat, qvam res oblata, dicebatur *præſagire*, id eſt, futura ante ſentire. Inde itaqve deductum eſt *præſagium*, qvod eſt *præſenſio* & *prædivinatio*, vel, ut apud Ciceronem alicubi vocatur, *præſagatio*. Germanice efferre ſolemus: **Die Ahndungen /**



(*) Talem eum in Funebri concione delineavit *B. D. SELIGMANN*, qvæ ſub Tit. **Der theure Jeremias unſerer Zeit /** Tom. VII. Conc. Funeb. B. CARPZ. inſerta legitur.

dungen / item: Wenn einem das Hertz etwas ſaget. (a) Et hac ratione Præſagium mihi hoc loco eſt, qvando Eruditus qvidam Vir de alio, ſive Erudito, ſive Literato, ſive Docto (b) Viro enunciavit qvid, aut acute ſenſit, idqve, vel coram vel per literas communicatum, effectu haud caruit. Qvanqvam enim ſtatuo, & ejusmodi præſagia, qvæ communiter animus humanus præſagiens, non neceſſario ut *FR. RABLAIS* qvondam voluit, (c) ex vultu, geſtu & verbis (ex his enim honeſtas in converſatione, teſte *MORHOFIO*, (d) elucere debet,) deſumit, fallere poſſe, imo nonnunqvam egregie fefelliſſe opinionem; tamen adſunt etiam plane egregia, in qvibus ejusmodi præſagiorum veritas ſingulari ſeſe prodit ratione, exempla.

(a) De Præſagiis, qvæ vulgo cordis vocantur, pec. Gryphisw. Ao. 1699. Diſſ. habuit *D. MATTH. CLEMASIUS.* (b) Hanc inter Eruditum, ſive Literarum & Doctum diſtinctionem ſubminiſtrat *CLARMUNDUS* (qvem *D. J. ALB. FABRICIUS* in Centuria Fabriciorum, p. 26. *JOH. CHRISTOPH. RUDIGERUM* vult;) P. I. Vitarum, p. m. 32. ubi ita: Was vor ein Unterſcheid ſey *inter Doctum & Eruditum*, ſolches iſt denen *Criticis* bekandt. Denn *Doctus* heiſt derjenige / welcher in allerhand Wiſſenſchafft / und alſo auch in denen *Facultät*-*Studiis*, *excelliret*: Im Gegentheil *Eruditus* wird der mit Recht genennet / welcher vornehmlich die *Literatur* und *Humanitatis ſtudia excoliret*. Et *CASAUBONUS* in obſervationibus ad Svet. L. II. c. 89. Philologo tantum competere Eruditi nomen ſtatuit; qvod vero non placet *M. JANO*, in Diſſ. de φιλεπονίᾳ Eruditorum, Lipſ. 1705. hab. §. 6. Mea hac vice facere placet verba *M. SCHOLTZEN*, in Diſp. de *Eruditis ſine moribus*, §. III. *Eruditi, qvod qvivis facile prævidere poteſt, nobis non ſunt ſoli Critici, inanem ſæpius vocibus ſyllabisqve inveſtigandis operam navantes potius, qvam ſolidæ eruditioni ſtudentes; ſed ſignificatu famoſiori omnes illi, qvi ob lingvarum, artium, aliarumqve divina pariter atqve humana concernentium rerum, qva pollent, notitiam, aliis earum ignaris præferri merentur.* (c) In Unſchuldigen Nachrichten / 1704. p. 842. Legatur & Dn. *BUDDEI*, Diſſ. de Qvæſtione, *An naturali homines polleant vaticinandi facultate?* Hal. 1698. hab. (d) In Polyh. T. I. p. m. 168.

§. IV.

§. IV. Talia vero dum in me ſuſcipio colligere, qvilibet facile videt, non hac vice mihi negotium eſſe cum Præſagiis, Eruditos qvidem concernentibus, editis vero vel a patribus illiteratis, (a) vel matribus, (b) vel infantibus, (c) aliisqve. (d)

(a) Sic *SYMMACHUS*, Pater *AMBROSII*, Vir illuſtris ac Præfectus Galliæ, in ipſa ſtatim infantia filii, bono ac felici qvodam omine colligere potuit, hunc ſuum filiolum, ſi vita frueretur, olim in egregium ac magni nominis virum evaſurum. Cauſa vero hujus præſagii apes extiterunt. *Ambroſio enim qvodam die in domo prætoria in cunis dormiente, viſæ ſunt apes circa cunas colligi, atque ambire os dormientis, id quod præſagium eſſe ſtatim judicavit parens eximiarum virtutum, qvibus aliquando clarus futurus ſit infans iſte, ac mox addidit interpretationem hanc: Si ſuperſtes mihi fuerit infans meus, iſte aliquid magni erit*; ut ex *PAULINO* refert *JOH. SCHOPFIUS*, ſive cujus ſtudio edita, *JOH. HIMMELIUS*, in Academia Chriſtiana, p. m. 123. adde *GVIL. CAVE* Hiſt. Lit. p. m. 148. Simile qvid invenio apud *B. TENTZ*. in der *curieuſen Bibliothec*, 1705. p. 21. his verbis: George Zimmermann / ein Wittenbergiſcher *Studioſus*, von Aſchersleben blutig / ermordete Anno 1620. ſeine eigene Mutter und Schweſter / und da er wieder *juſtificiret* werden ſolte / machte er das Lied: O Welt / ich muß dich laſſen. Sein Unglück ſol ſein eigner Vater aus dem Geſtirn geſehen und deshalben kläglich gebeten haben / wo es möglich / die Geburt noch ein klein wenig auffzuhalten. De *POMPONIO BELLEVRIO* ſæpius, ipſo adhuc puero, Pater dixit: *Ut præſentio, hic gentis & familiæ magnum decus futurus eſt.* Nec ſpes fefellit concepta; *Miſſus* enim *Tholoſam & Patavium, domicilia ſedesqve præclararum ſcientiarum, juri præcipue addictus, Anno viceſimo ſecundo, Conſiliarii Regii honorificum gradum apud Camberinum, præclarum Sabaudiæ urbem, adeptus. Ablegatus ex hoc tempore Lucernam, ubi in conventu publico Helvetiorum res Galliæ egregiæ geſſit, Lutetiamqve Pariſiorum reverſus, inter Conſiliarios Status habitus eſt Legatus miſſus in Poloniam, poſt Flandriam, Angliam, &c.* Tandem ab *HENRICO IV. Galliæ Cancellarius pronunciatus eſt*. vid. *STRUVIUS* Bibl. Antiq. A. 1705. p. 117. ſq. ſq. (b) Sic pia *CALOVII* mater filiolum ſuum Magiſtri & Doctoris titulo inſignivit. Ita enim *D. JOH. FRID. MAYERUS*, in oratione funebri, qva *CALOVIUM*

inter & *ATHANASIUM* parallelismum inſtituit, de hac re (in teſtimonium, pace *TUA, VIR MAGN.* advoco *Memorias* Tuas *Theologorum* p. 114.) loqvitur: *Qvod ſi vero tædium cepiſſet eum, ludentibus nonnunqvam aderat, ſacra recitabat, imitabatur, exercebat, ut pia Mater felici qvaſi omine præceperit, & Sacerdotis, Magiſtri & Doctoris nomine tenellum adhuc puerum ornaverit.* (c) De *DURANDO FAGE*, primario Prophetarum Sevennenſium, in unſchuldigen Nachrichten / Anno 1707. p. 845. hæc lego: Er erzehlt / daß er Anno 1702. im Julio, im 21ſten Jahr ſeines Alters zuerſt in die Verſammlung der Camiſards kommen / da NB. ein Kind von fünff Jahren geweiſſaget / ihn ſehr gerührt / und hernach von ihm geſagt hätte / daß er noch ein Prophet werden würde. Et qvomodo Cardinali de *MEDICIS*, *PIO* deinde IV. Sedem Papalem puer decem annorum *SILIUS ANTONIANUS*, prædixerit, vid. ap. B. *M. SCULTETUM* in der Schau-Bühne gelehrter Jugend / erſte Eröffnung p. 60. (d) De *AMBROSIO* itidem lego, qvod, cum dignitate conſulari inſignitus, ex urbe ad regendam Liguriam ablegaretur, factum illud ſit, hoc mandato ſeu vaticinio vel collegarum vel aliorum: *Vade, age, non uti judex, ſed ut Epiſcopus.* Qvod vaticinium qvoqve non ita multo poſt in actum eſt traductum. vid. *HIMMEL.* l. c. p. 124. Huc omnino etiam pertinent Nutrices *CON. CELTIS*, de qvo ſeqventia habet Dn. *REIMMANNUS* in der Einleitung in die Hiſt. Lit. p. 418. Er ſoll in ſeiner Kindheit erſchröcklich geſchrieben haben / und ſich mit nichts als Butter und Honig wollen ſtillen laſſen / welches ſeine Säug-Ammen dahin ausgedeutet: Es würde ein Mann von groſſen Nahmen und Beredtſamkeit aus ihm werden.

§. V. Eodem cenſu veniunt *Præſagia Eruditorum* de Politicis (a) & plane removeo *Politicorum de Politicis Præſagia*, ſive & illa ab Avo, (b) ſive Patre, (c) ſive Filia (d) originem habeant ſuam.

(a) Cujus habemus exemplum *JAC. USSERII*, qvem præſagiendi dono inſtructum crediderunt, de *CROMWELLIO*, cui juxta *CLARM.* P. IV. Vitarum p. 108. er vorher verkündiget / daß Cromwels Regierung nicht lange währen würde / ſondern in kurtzen / doch erſt nach ſeinem Todt / würde der verſtoſſene rechtmäßige Erbe wiederumb zu ſeiner Crone kommen. (b) De *OMARE* II. Calipha Arabiæ ap.

Nahmens

*HUBN.* P. IX. Hiſt. Pol. p. 297. ſeqventia lego: Sein Groß-Vater/ Nahmens Omar/ hatte dieſe Weiſſagung von ihm geſtellet: *Ex filia mea naſcetur Vir, qvi mundum implebit juſtitia.* (c) Huc refero, qvæ l. c. pag. 413. inveniuntur: Harduelles hatte einen Sohn/ Nahmens Iſmael/ von dem der Vater ſelbſt das Prognoſticon geſtellet hatte/ daß er nicht nur ein groſſer Prophet/ ſondern zugleich ein gewaltiger König werden würde. (d) *ATHYRTIA*, filia Seſoſtris, welche ſich inſonderheit auff die Aſtrologie legte/ und aus der Conſtellation die verborgenſte Sachen ſchlieſſen/ ja gar künfftige Dinge ergründen können; wie ſie denn/ zum Exempel/ Siculo teſte, ihrem Vater aus dem Lauff der Sternen die Egyptiſche Monarchie zuvor verkündiget. vid. MEUSCHEN Schaubühne Durchl. gel. Dames, p. 18. 19.

§. VI. Multo minus prolixam hac vice, ut facillimo facere poſſem negotio, collectionem inſtituam illorum præſagiorum qvando Eruditi de ſe ipſis vel ex profeſſo, (a) vel per accidens, (b) hoc vel illud futurum prædixere, vel diem aut horam mortis ſibi, ut ita dicam, fixere. Licet, qvod ultimum concernit, centenarium ferme exemplorum afferrem, niſi adeſſet, qvi de his ſe acturum publice promiſiſſet. (c)

(a) Sic *JOSEPHUS ANCHIETTA*, propter focum, aliqvando decumbens, hoſpiti, ſedile commodius præbenti, recuſans regerebat: *Seſſio mihi paratur, ad qvam, antequam operam hanc abſolvero, vocabor, multo mihi injucundior.* Qvod & factum pluribus legitur ap. *DORSCHÆUM* in Semeſtr. Tiburt-Dionyſ. p. 2. ſq. *D. POLYC. LYSERUS*, Senior, huc etiam pertinet, de qvo ap. *TENTZ.* l. c. A. 1706. p. 613. hæc adſunt: Es hatte der alte *D. POLYCARPUS* ſelbſt in ſeinem Teſtament ominiret/ daß er nach ſeinem Tode würde angefochten und daher ſeinen Söhnen befohlen/ daß ſie ihn defendiren ſolten. Non poſſum qvin & huc apponam, qvæ *M. WOLFG. KRüGER* in Onomaſtico Virorum literis & dignitate illuſtrium p. 12. ſq. habet: M. *ANDR. ENGEL* (alias *ANGELUS*) Superint. zu Straußberg in der Marckt Brandenburg/ ein berühmter Hiſtoricus, welcher/ neben der Märckiſchen Chronicken/ auch ein Paſſional geſchrieben hat/ ſtirbt im 36. Jahr æt. peſte, als er bey ſeinem Pfarr-Kindern in vorſtehenden Sterbens-Läufften treulich ausgedauret hatte/ am

Tage

Tage Laurentii Anno 1598. Er hat ihm aber bald im Anfange der regierenden Seuche ſelbſten prophezeyet und geſagt: Wenn ich meine Schäfflein alle werde hingeſungen haben / ſo wird denn GOtt mit mir / als ihren Hirten beſchlieſſen; Wie denn auch geſchehen iſt. Denn drey Tage nach ſeinem Abſchiede hat das Peſtilentz-Sterben auffgehöret / da alle Kirch-Höfe und GOttes-Aecker mit Todten erfüllet geweſen ſeyn. (b) *Dn. D. MUSSIGK* in memoria *WÆCHTLERIANA*, in Memoriis Theologorum a TE, Vir magne, renovatis, p. 1459. hæc tradit: *Utqve dona concionandi experiretur, primum e ſuggeſtu verba facit qvarta Epiphaniarum de Navicula Chriſti qvod ſibi præſagium fuiſſe, ipſe experimento poſtea didicit variæ & turbulentæ fortunæ, qua ſæpius huc illuc miſer fuit jactatus.* Ne *ATHANASII* h. l. per luſum olim baptizantis, atqve adeo Epiſcopi officio fungentis, mentionem faciam, vid. interim *D. J. A. SCHMIDII* Diſſ. de *Athaanaſio puero baptizante*; & qvænam ex hoc ipſo, qvod Athanaſius inter pueros Epiſcopus electus, *ALEXANDER* Præſul futura conjecerit, vid. Memor. Theologorum jam jam cit. p. 115. Unicum adduco *DN. M. CHR. LUDOVICI*, qvippe de qvo in his ipſis Memoriis p. 808. hæc obſervo: *Loqvuntur ipſæ diſputationes Beati de Salomoneo templo; qvibus qvin divina pronœa declaraverit iterum hunc aliqvando fore Præſtitem templorum Saxo-Numburg. Davidis & Salomonis, ego qvidem non dubito.* Nec prorſus diſſimilia ſunt de *GREGORIO VII.* Papa Romano, qvæ refert *HüBN.* l. c. P. III. p. 84. Er war eines Zimmermanns Sohn / und als er in der Kindheit mit denen Holtz-Spänen ſpielte / ſo hatte er die Splitter ſo artig geleget / daß man gar deutlich die Worte heraus bringen konte: *Dominabitur a mari ad mare.* Welches alſobald vor eine gute Anzeige gehalten ward. (c) Clar. Dn. M. ROLLIUS in Schediaſm. *de Eruditis anno climacterico demortuis*, in præf.

§ VII. Extremum, alias ut in proverbio dicitur, occupat ſcabies ſic & in remotione præſagiorum dum verſor, & ſtulti ultimum habeant locum. Egregium enim ejusmodi praſagii exemplum de *D. LUTHERO*, Wormatiam ingrediente editum ap. *D. CRAMERUM* in der groſſen Pommeriſchen Kirchen-Chronic. Lib. III. p. m. 111. Da er (Lutherus) ins Thor kömmt / begegnet ihm des Hertzogen von Bäyern Hoff-Narr / Hanß Leffler / und trägt ein höltzern Creutz und groſſes Wachs-Licht / welches

ches er aus der Kirchen genommen hat/ für dem Wagen her/ und ſchreyet überlaut: Siehe nun iſt gekommen/ da man in allen Volck ſo lange nach gewartet/ und in der Finſterniß gehoffet hat.

§. VIII. Remotis igitur, qvæ removenda duxeram *VIR MAGNE*, ſeqventia Ordine Alphabetico diſpoſita, Eruditorum de Eruditis, accipe Præſagia.

§. IX. *ANDREAS ALCIATUS*, a vico Italiæ *Alciat*, adeoqve a patria, nomen trahens, ex nobili & antiqva familia, ut *FREHERUS* (a) loqvitur, natus, fidiſſimus Juris interpres, vixit circa medium ſeculi XVI. Huic *HIER. CARDANUS*, Aſtrologiæ, Metopoſcopiæ & Chiromantiæ cognitione ſingulari prædītus, *Annum* emortualem prædixit. Ita enim Dn. *RUDIGER* (b) loqvitur: *Hieron. Cardanus* hat ihm in der Nativität/ ſo er ihm geſtellet/ angezogenes Jahr (1551) als fatal determiniret.

(a) In Theatr. Illuſtr. Virorum p. 826. (b) P. VII. Vit. p. 23.

§. X. De *ARISTOTELE*, ſummæ & apud Gentiles, (a) & apud Chriſtianos exiſtimationis Philoſopho (b) etiam a patria *STAGIRITA* appellato, ſeqventia apud *MORHOF*, (c) lego: *Autor eſt ÆLIAN. Lib. 3. Variarum Hiſt. Platonem cavillationem & irriſionem qvandam in vultu Ariſtotelis notaſſe, unde ad impudentiam natum cenſuit.*

(a) Sic SENECÆ L. de Brevit. vitæ c. 14. audit: *Bonarum artium antiſtes.* Alia ejusmodi Gentilium elogia adduxit Dn. BOLLHAGEN I. mox citando p. 9. In teſtimonium voco feſtum illud anniverſarium, vulgo ἀριστοτέλειαν ἑορτὴν dictum, in memoriam & honorem ARISTOTELIS celebratum. vid. Plur. Rever. Dn. BOLLHAGEN, Præpoſitum Wollinenſem meritiſſimum, Fautorem meum æſtumatiſſ. in Diſſ. *de Qv. Ariſtoteles num. fuerit Judæus?* p. 8. & Dn. KOCHII Progr. *de Ariſtotele in Nummo Aureo*, Lectionibus Philoſophicis Anno 1703. Helmſt. præmiſſum. (b) vid. M. ROM. TELLERI Diſſ. *de Exiſtimatione Philoſophorum Gentilium imprimis Ariſtotelis Stagiritæ, apud Chriſtianos*, Lipſ. 1695. ventilata. (c) in Polyhiſt. Edit. Novæ p. 168.

§. XI. Epiſcopatum Halberſtadienſem ARNOLDO,

nono in ordine Epiſcopo, ab Anteceſſore HILLIBALDO prædictum fuiſſe, teſtis eſt Dn. HÜBNERUS (*) ſeqventibus: Als dieſer Arnoldus einſten durch Halberſtadt zog / und von dem vorigen Biſchoff / Hillibaldo, tractiret ward / ſo ſagte der Biſchoff unter andern zu ſeinen Domherren: *Hunc Hoſpitem honorate, & qvantum poteſtis, illi ſervite, providere enim debet in ſuos poſt me.*

(*) P. VIII. Hiſt. Frag. p. 569.

§. XII. *NICOLAUS BLANCARDUS*, Medicus & Hiſtoriographus Præpotent. Zeelandiæ Ordinum fuit, de qvo in Oratione funebri a REGIO habita, ut Dn. Collectores *Novorum Literar. Germaniæ* obſervant, ita tradit: *Autumno 1672.* (ita lego, corrigendum vero duco h. m. 1702.) *medio malum increvit, unde inviſens tum Collega, JOH. REGIUS, præſagivit, nec non ipſi prædixit, futuri anni menſem Martium ei fore infenſiſſimum hoſtem. Ad qvæ BLANCARDUS brevibus reſpondit: Fiat voluntas DEI! Medio Martio 1703. incidit in anorexian, cui ſe adjungens febris lenta vitæ finem attulit, d. 23. Maji.*

§. XIII. Laudavi alias, (a) laude tamen longe ſuperiorem, Academiæ Roſtochienſis renovationem, juſſu Principis, optimo cum ſucceſſu quondam non ſolum in ſe ſuſcipientem, verum etiam feliciſſime peragentem, M. ARNOLDUM BURENIUM; Sed hoc loco ejus etiam mentio eſt injicienda, ob præſagium PHILIPPI MELANCHTHONIS, ingeniorum & morum cenſoris acerrimi, de hoc ipſo BURENIO editum. Integram hujus rei hiſtoriam, non meis, ſed facundiſſimi NATH. CHYTRÆI verbis, enarrare placet: *Id qvod,* inqvit, *tum temporis in ſcholis Burenii maxime fuit conſpicuum*, (loqvitur autem de ordinata, qvam Burenius adhibuit, methodo, per qvam Studioſi meliores eruditioresqve ad ſuos reverſi) *ut honorificentiſſimum de eo Melanchthonis præſagium veriſſimum fuiſſe experientia confirmarit. Inter alia enim, qvæ publice nonnunqvam Arnoldo ſuo tribuit, elogia, hoc qvoqve pro ingenii ſui perſpicacia Philippum Melanchthonem de Burenio dixiſſe ferunt: Ubi Arnoldus,*

*dus, ibi Schola. Qvaſi dicèret: Nunqvam ſcholam bene conſtitutam & florentem ei loco defuturam, in qva Arnoldus vivere, docere, & diſciplinæ præeſſe inſtituiſſet.* (*b*)

(a) In Schediaſm. *de Gloria Acad. Roſtoch. ex Profeſſoribus longævis.* (b) In Orat. *de Arnoldo Burenio, Weſtphalo*, apud GOES in Opuſculis variis de Weſtphalia ejusqve aliqvot viris, p. 143. 144.

§. XIV. Weſtphalo huic doctiſſimo ſtatim HERMANNUS BUSCHIUS, itidem ex Weſtphalia, ac alias ob proventum Eruditiſſimorum ex illa virorum longe ditiſſimum ſat celebrata, (a) oriundus, venit ſubjungendus. Ut nihil de Eruditione, Peregrinatione atque meritis literariis, ſpeciatim in Academiam Roſtochienſem, commemorem, faciunt Dn. ÆPINUS atque ROLLIUS; (b) quare ea tantum attingam, qvæ huc quadrant. Uſus eſt BUSCHIUS Præceptoribus doctiſſimis, ALEX. HEGIO, RUDOLPH. LANGIO & RUDOL. AGRICOLA, qvorũ ultimus teſte HAMELMANNO, aliqvando de BUSCHIO, adhuc in Schola AGRICOLÆ verſante, dixerat: *Tu habes poëticum caput, & celebris fies Poëta* Et quam egregiæ hoc vaticinium ſit impletum, teſtimonia Excellentium Germaniæ virorum de BUSCHIO perſpicua & ab HAMELMANNO (c) collecta perhibent.

(a) Variorum elogia collegit ROLLIUS in Diſſ. *de Meritis Weſtphalorum in Acad. Roſtoch.* præſide M. ÆPINO, amico meo æſtumatiſſimo, habita, in præf. (b) l. c. in claſſe Philoſophorum. (c) Apud GOES l. c. p. 35. ſq.

§. XV. Qvale JO. CALVINUM, ſtudiorum intemperie mortem ſibi contrahentem, (a) JAC. FABER, STAPULENSIS, Galliæ futurum ſidus judicaverit, laudatus FREHERUS (b) indicat his verbis: *Ex ejus Schola* (Fabri nempe) *plurimi viri eruditi & pietatis amantes prodierunt, atq; inter cæteros GVIL. FARELLUS & JO. CALVINUS. Hic Neraci eum officii cauſa ao. 1533. ſalutans, juvenis adhuc, ab eo, tunc ſene, magna animi voluptate exceptus eſt, futurum augurante, Calvinum inſigne cœleſtis in Gallia inſtaurandi Regni inſtrumentum fore.*

(a) Vid. BOETTNER. Diſſ. I. *de Eruditis ſtudiorum intemperie mortem ſibi accelerantibus*, c. I. §. 14. (b) l. c. p. 149.

§. XVI. *Nullus etiam per Germaniam doctorum virorum*

 extitit,

*extitit, cui non Camerarius, ob excellentem eruditionem, multasqve animi virtutes, per epiſtolas familiariter notus fuerit.* Sunt verba HENR. PANTALEONIS, (a) ex qvibus facile apparet, ne aliorum de hoc viro teſtimonia congeram, quantum dulciſſimæ Patriæ Tuæ, VIR SUMME, decus ille fuerit. Hujus ipſius JOACHIMI CAMERARII (Germ. Cammermeiſter / avito nomine Liebhardt / (b)) ut & hic notum fiat ac reſonet nomen, facit Dn. RUDIGER, in ipſius vita (c) & hæc referens: Nachdem er in ſeinem 14. Jahre als ein Student inſcribiret wurde / ſo hielt er bey andern Profeſſoribus, inſonderheit bey JOH. MEZLERO und RICHARDO CROCO verſchiedene Collegia, ſo wohl Græca, als auch ſtyli Romani, wiewohl er dazumahl ſchon beydes im Lateiniſchen / als auch abſonderlich Griechiſchen / ſolche Hoffnung von ſich machte / daß ihn dieſe beyde Männer mit Erſtaunen admirirt / und prophezeyet haben / daß er mit der Zeit ein Ornament, nicht von Teutſchland allein / ſondern von gantz Europa werden würde.

(a) P. III. l. c. p. 349. (b) ADAMI in Vitis Philoſ. p. 258. ed. in 8. (c) P. VI. Vit. p. 4.

§. XVII. Inter Eccleſiæ, ut vocantur, Patres occrrrunt etiam celeberrima CHRYSOSTOMI & EPIPHANII nomina, illius Conſtantinopolitani, hujus Pictavienſium Epiſcopi. De his Duûm-Viris plane memoratu dignum occurrit præſagium, quod de ſe invicem edidere. *Sub vitæ enim finem*, ut tradit HIMMELIUS, (*) *Epiphanius, Conſtantinopolin profectus, ibi qvædam contra Carones, & invito Johanne Chryſoſtomo, Epiſcopo* (non *Hieroſolymitano*, ſed) *Conſtantinopolitano, in Eccleſiis egit. Unde à Johanne objurgatus, Conſtantinopoli diſceſſurus, ac navigatione patriam petiturus navem jam conſcendens Johanni dixit: Spero te minime moriturum Epiſcopum; Cui Johannes contra: Spero te in patriam minime perventurum. Qvod utriqve evenit, Epiphanio in ea navigatione mortuo, & Johanne paulo poſt e ſede epiſcopali dejecto.* In exilium enim Chryſoſtomus, quoniam data occaſione in vitia Mulierum in concione invehebatur,

convocata

convocata inſtinctu Imperatricis Synodo , condemnatus mittitur, in qvo etiam pie moritur, A. 408.

(*) loc. cit. pag. 119.

§. XVIII. Præceptores nonnunquam ex moribus & ingenio diſcipulorum fidei ſuæ concreditorum prævidiſſe quaſi, quid vel incrementi vel decrementi ex illis Respublica ſit acceptura, eſt quam certiſſimum, & præter illud §. 14. adductum, jam jam occurrit fomoſiſſimus ille D. NICOLAUS CRELLIUS. Hunc, teſte NIC. BLUME, (*) in Scholam Electoralem Grimmenſem deductum, & ſtudiis incumbentem, Rector M. ADAMUS SIBERUS h. m. aliquando alloquitur: *Tu eris olim Peſtis Patriæ!* Et exitus acta probavit.

(*) In der Leichpr. D. Crellens pl. H.

§. XIX. Dulcius ſane modulamen præſagiens fuit Con-Rectoris cujusdam Schleuſingenſis Gymnaſii B. DILHERRI qvondam de hoc ſuo diſcipulo: JOHANNES MICHAEL DILHERRUS, *Ambroſius ille Norimbergenſium mellitiſſimus,* (judicium de hoc viro & verba ſunt Dn. FEUSTELII in Schediaſmate Mareſio oppoſito, & Tuo Nomini conſecrato, de *Eruditorum Germanorum vitis*, p. 98.) *apud animum ſibi propoſuerat ſtudiis nuncium remittere, qvod a plagoſo Orbilio, docto qvidẽ, aſt ſubruſtico Schleuſingenſi in Gymnaſio præceptore, ſine culpa, ſæpius non perfunctorie totis diebus colaphis & pugnis objurgaretur; ſed a Con-Rectore illius loci confirmabatur, hisque erigebatur verbis: Mi fili, perge moderate & patienter ferre, qvæ tibi obtingent, brevi major evades omnibus tuis Præceptoribus.*

§. XX. Nec de BUSCHIO, indefeſſæ diligentiæ diſcipulo, qvondam AGRICOLA ſolum tam egregie vaticinatus eſt; verum etiam de futuris ERASMI ROTERODAMI meritis literariis talis extitit vates. Hoc ipſum magni DAV. CHYTRÆI verbis (a) repetere non pigrabor. Ita vero ille: *Is* (ERASMUM intellige) *qvatuordecim annorum adoleſcens ſub Hegio Præceptore ſtudia literarum Daventriæ colebat. Cum autem Rodolphus Agricola (qvi primus in Germania La-*
*tini*

*tini ſermonis formam emendare, & rectam diſcendi rationem, & uſum Dialecticæ verum monſtrare cœpit) in Hegii Scholam veniſſet, & Hegius ei aliqvot adoleſcentum ſcripta monſtraſſet: His conſideratis, cum Eraſmicum cæteris anteferret, videre adoleſcentem voluit. Accerſitus e ſua claſſe Eraſmus, adoleſcens ad Hegium accedit. Ibi Rodolphus arreptum capillo in vertice tacitus intuetur, & qvaſi conſiderata indole, ex lineamentis, adjecit hanc vocem: Tu eris magnus!* Nec hoc vaticinium eventu deſtitutum fuit, ut teſtantur vitæ Eraſmianæ ſcriptores. Tanta enim ejus ſunt in Rempublicam literariam merita, licet privatim egerit (b) vitam, ut numerum illorum inire vix qveamus.

(a) Ex Oratione *de Weſtphalia* ap. GOES. l. c. p. 17. (b) Dn. STARCK. *de Doctorum vita privata*, p. 76. ſq.

§. XXI. Inter Obſervationes Hallenſes germanice editas ſub tit. Auserleſene Anmerckungen von allerhand wichtigen Materien, P. III. occurrit & undecima, hoc titulo: Von einigen verlohren gegangenen Philoſophiſchen Wiſſenſchafften / cujus autorem judicio Dn. REIMANNUM (qvoniam ſe ipſum in der Einleitung zur Hiſtoriam Literariam, variarum alicubi nominat autorem) ubi inter deperditas Philoſophiæ ſcientias & artem præſagiendi numerat. Verba ſunt §. 10. Die andre verlohren gegangene Wiſſenſchafft iſt die Wahrſagerey. Qvid vero per terminum Wahrſagerey intelligat, §. 12. ita exprimit: Sondern wir verſtehen hierdurch die Wahrſagerey eine ſolche Wiſſenſchafft / krafft welcher der Menſch / vermöge ſeiner Seele / ſolche Dinge vorher verkündigen kan / welche ſich durch keine Zeichen und Urſachen hervor thun / ſondern eintzig und allein durch die Einbildungs-Krafft bey ihm hervor ſich ereignen. Porro hanc Philoſophicam ſcientiam ita dividit, §. 13. Denn hierinn beſtehet der Unterſcheid der Wahrſagereyen und Prophezeyung / daß nemlich einige Sachen von GOtt denen Menſchen offenbahret / andere dahingegen von denen Menſchen / vermöge der Einbildungs-Krafft / vorher verkündiget werden. Welche letzte Art denn eigentlich hier verſtanden wird / als von welcher wir wiſſen / daß auch viele unter denen Heyden in derſelben gantz vortreffliche Proben abgeleget. Alſo rühmet VIRGILIUS von dem Proteo, daß er alles vorher gewuſt habe:

*Novit*

- - - *Novit namqve omnia Vates,*
*Qvæ ſunt, qvæ fuerint, qvæ mox ventura trahantur.*

Deniqve oſtendit, cujus generis homines præ aliis dono vaticinandi hoc ſenſu ſumto ſint præditi, nempe moribundi, his verbis: Vornehmlich hat ſich die Krafft / zukünfftige Dinge zu verkündigen / bey denen Sterbenden gezeiget / eines Theils / weil dieſelbe ſich näher zu GOtt gewendet / und alſo deſſelben Gnaden-Gaben eher und beſſer / als andere / theilhafftig werden können: andern Theils / weil derſelben Seelen ſich von der Gemeinſchafft des Leibes allbereit ein wenig loß gemachet / und alſo vielen Verhindernüſſen nicht mehr / wie zuvor / ſind unterworffen geweſen. His immediate annectit exemplum illud, qvod & meus ſemel initus ordo Alphabeticus a me, ut adducam, reqvirit. Nempe THOMÆ CAMPANELLÆ de CHRISTOPH. FöRSTNERO in ipſo carcere proditum Vaticinium, qvod totidem, ut ibidem ex BOECLERO allegatum extat, verbis repetam: Hieher referire ich billig dasjenige / was der bekannte Bœclerus in Elogio Förſtneri p. 15. von dem im Gefängniß ſitzenden Campanella erzehlet: Nemlich / als einmahl unterſchiedliche Paſſagierer ſich zu ihm / dem Campanella, verfüget / und / nach heutiger Manier und Gewohnheit / ihre Stamm-Bücher überreichen laſſen / hat er zu ſeinem Andencken etwas hinein geſchrieben; und / nachdem er ſeine neuankommende Gäſte ein wenig betrachtet / ohne dem geringſten Anſtoß den Förſtnerum, welchen er Zeit ſeines Lebens nicht mit Augen geſehen / bey Nahmen genennet / ihn an die Hand gefaſſet / und ihm von ſeinen künfftigen Ehren-Aemptern und andern Begebenheiten Nachricht ertheilet. Welches alles / wie Bœclerus verſichert / eingetroffen / welcher auch deßhalb mit ſich ſelbſt nicht einig iſt / ob Campanella ſolches aus des Förſtneri Geſchicht / oder aus der Alten Wiſſenſchafft / nemlich der Wahrſagerey / hergenommen habe. Wiewohl er vermeynet / daß man die Geſchichte wiſſen / die Urſache aber nicht ergründen könne / welches doch / wenn man dieſe vortreffliche Wiſſenſchafft / weiß / und dieſelbige zum voraus ſetzet / gar leicht zu ergründen ſtehet. (*) Nolo ego circa hæc ipſa Criticum agere, ſed in hiſtoria mea potius progredior, & ad alia præſagiorũ exempla pedem promoveo.

(*) Latina BOECLERI verba vid. ap. MORH. Polyh. p. m. 245.

§. XXII.

§. XXII. Et occurrit Profeſſor olim Tubingenſium, NICODEMUS FRISCHLINUS, ſat qvidem eruditus, qvippe qvi, ut CHYTRÆUS ad MONAVIUM, teſte CRENIO, ſcripſit, (*) orationis Latinæ elegantiam, puritatem, & Plautini ingenii ſpecimen in theatra Germaniæ reduxit; ſed in vita agreſtis & minus prudens; Denn wäre er ſo beſtändig und vorſichtig als gelehrt geweſen / ſo hätte er ſich vielleicht einen glücklichern Ausgang und gröſſern Ruhm verſprechen können / judicat Dn. RUDIGER in vita ipſius, & p. m. 60. ſeqventia, qvæ huc faciunt tradit: Er war noch gar jung / und etwa 13. Jahr alt / ſo verfertigte er ein admirabel ſchön Griechiſch Carmen, und zeigte dadurch / daß ſein Naturell ſich gar wohl zur Poëſie ſchickte. Als dieſes Martinus Cruſius, ein guter Græcus, in die Hände bekam / wurff er eine überaus groſſe Liebe auff Friſchlinum, der ihm zuvor unbekandt war; Dahero prophezeyte er ihm / wenn er fortführe / wie er angefangen / ſo würde ein Haupt gelehrter Mann aus ihm werden / welches auch in der That geſchehen! Denn er war kaum 21. Jahr alt / da er ſchon zu Tübingen Profeſſor wurde.

(*) Animadv. Hiſt. Phil. P. I. p. 40.

§. XXIII. *Non omnia vatum currere vana ſolent.* Ita, lætitia qvaſi effuſus, exclamat Dn. GEORG. FRIED. NEUMANNUS, qxando re ipſa comperit, civem ſuum, JOH. FRIED. HOECKNERUM, Lipſiæ in J. U. Doctorem promotum. Verba enim illius ſunt: (*) *Vere enim Votum meum, qvod. prid. Non Febr. Anni ſuperioris 1706. cum, facta ſolenni renunciatione, in conſenſſu Academiæ Gradus Magiſterii Philoſophici Tibi decerneretur, his verbis conceperam;*

Es laſſe Leipzig ihn noch weit mehr Ehre ſehen /
So wird er eine Zier dem gantzen Stolberg ſeyn.

*hodie impletum, lætus conſpicio.*

(*) In Epiſt. Gratulatoria de *Eruditis, qui patriam ſuam nonnunqvam obſcuram illuſtrarunt, p. 2.*

§. XXIV. Si unquam Theologorum quidam, ςύλος τῆς ἐκκλησίας nomine dignus, certe ÆGIDIUS HUNNIUS eo eſt condecorandus. Illius enim non ſolum ſingulare illud ſomnium matris, quod nuper eheu! Eccleſiæ Orthodoxæ

ereptus

ereptus Theologus, D. JOH. GEORG. NEUMANNUS, in Programm. ad Diſſ. inaug. M. CHLADNI, anno 1703. d. 2. Martii edito, ita deſcribit: *Mater gravida aliqvoties ſomniavit, acſi in templo ſederet, & manu dextra culmum ſtramineum humo attolleret, qui anterioribus digitis apprehenſus mirum qvantum cœpit creſcere, ipſa vero ſub hac mole ſic angi & afflictari, ac ſi penitus ſuccubitura eſſet. Tandem vero, cum exilem hunc culmum in Templi columnam verſum conſpiceret, ſuo ſe onere liberatam ſenſit;* teſtimonium eſt, ſed & ſingulare D. HEERBRANDI, HUNNIUM commendantis, adeſt vaticinium: *Cum* enim, verba ſunt B. NEUMANNI, *Haſſiæ Landgravii* JACOBUM HEERBRANDUM *deſiderarent, qvi Marpurgi Theologiam doceret, is HUNNIUM commendavit, his verbis: Huuc juvenem ſe ſenem longe ſuperaturum eſſe.*

§. XXV. De M. JOH. HUSWEDELIO, Græcæ Lingvæ & Philoſophiæ Practicæ in Academia Roſtochienſi Profeſſore, tum ob doctrinam, tum ob longævitatem celeberrimo, extat in Progr. Funebri, à D. NIC. SCHüTZIO ſcripto, ſeqvens VAGETII præſagium: BERNHARDUS VAGETIUS, *cum forte in ſcriptura ejus, qva verſus ab initiis humilioribus exorſus in altum duxerat, re in jocum verſa, addidit: Tu qvidem ad altiora videris contendere. Qvod augurium puer arripuit, & conatibns maximis atqve omni contentione nervorum magnos progreſſus fecit.*

§. XXVI. Nuper Lipſiæ in publicum prodiit diſſertatio *D. CHR. FRIED. BOERNERI de Romuli cognomento clarisqve Qvirinis*, & in eadem p. 44. de QVIRINO KUHLMANNO, qvem nunc ordo tangit, hæc extant: *Is humili & obſcuro genere natus Uratislaviæ anno 1652. ad magna natum & quodvis audendi capax ingenium mature prodidit, ita ut aliqvando præceptor ejus & Scholæ Patriæ Rector,* JOH. FECHNERUS, *tale de eo vaticinium publice tuliſſe feratur: Aut tu olim magnus eris Theologus, aut magnus Hæreticus; qvorum etiam poſterius ita evenit.* Adduntur & qvædam de ejus Fanaticiſmo, qvæ vero tanquam ἀλλότρια mitto.



§. XXVII.

§. XXVII. Jam procedat, primo loco qvi merito, niſi literarum ordo obſtitiſſet, nominandus fuiſſet, D. MARTINUS LUTHERUS. Qvemadmodum enim de ipſa, qvam DEI inſtinctu primus ſuſcepit, Eccleſiæ Reformatione, varia extant ſive præſagia ſive præludia, ita qvoqve, ipſius qvod attinet perſonam, non unum occurrit. Dn. REIMMANNUS l. c. p. 3. hanc format qvæſtionem: So ſind doch ſchon vor des ſel. Lutheri Zeiten allhier in Teutſchland Leute geweſen/ welche das Verderbniß der Kirchen eingeſehen/ und derſelben Verbeſſerung gewünſchet haben? & reſpondet: Allerdings; inqve teſtimonium adducto *FLACII Catalogo Teſtium veritatis*, ſeqventes adducit: JOH. HILTENIUM, ANDR. PROLEM, JOH. GEILERUM, CONR. SUMMERHARD, NIC. RUSS, HENR. SYBERUM, & de iis in ſubſeqventibus tractat qvæſtionibus. Ne autem ego juſto ſim prolixior, omiſſis his ipſis, alia qvædam in medium proferam. Ex decreto Conciliabuli Conſtantienſis Anno 1515. d. VI. Julii Pragæ comburebatur JOH. HUSSUS, vir orthodoxiæ laudibus conſpicuus; legatur Memoria ejus per M. WILH. Seyfried/ Jenæ Diſputationis loco 1698. edita, in qua, ut omnia alia, ſic etiam Proceſſus judicialis prolixe delineatur. Hic ipſe HUSSUS ante mortem dixiſſe fertur: *Hodie anſerem uritis, ſed ex meis Cineribus naſcetur Cygnus, qvem aſſare non poteritis.* Et: *Centum annis revolutis Deo & mihi reſpondebitis.* Qvod vaticinium ipſe *Lutherus* alicubi his verbis adducit: (a) Der ſel. *Johannes Huſſ* hat von mir geweiſſaget/ da er aus dem Gefängniß im Böhmer-Land ſchrieb: Sie werden itzt eine Ganß braten/ aber über hundert Jahr werden ſie einen Schwan ſingen hören/ den ſollen ſie leiden; Da ſolls auch bey bleiben/ ob GOtt will. Non deſunt vero, qvi præſagii hujus non HUSSUM, ſed HIERON. PRAGENSEM, ex ejusdem Concilii decreto ad rogum condemnatum, volunt autorem. Qva de re peculiaris quoniam nuper prodiit Epiſtola Dn. JOH. GEORG. BERTRAMI, qva D. POLYC. LYSERO, Superint. Luneb. Generali, hanc Quæſtionem Hiſtorico-Eccleſiaſticam: *utri eorum, qvi*

*in*

*in Conſtantienſi concilio ob confeſſionem fidei combuſti ſunt, Johannine Huſſo, an Hieronymo Pragenſi, verba plerisqve nummis Huſſiticis, qui circumferuntur, impreſſa, de ratione poſt centum annos Deo & ſibi reddenda, rectius tribuantur?* ſubmiſſe offert; HUSSUM lubens mitto, & ſecundo loco MART. POLLYCHIUM de MELLERSTADT, primum Academiæ Leucoreæ Rectorem, adduco. Hujus enim in deſcriptione vitæ, quam poſt alios M. JO. BALTH. LENZIUS luculentam dedit, (b) ſeqventia hic adducenda lego: *Cum enim multo ante, qvam fieret Reformatio, Lutherum in publica diſputatione audiviſſet, Scholaſticorum dogmata oppugnantem, & demonſtrantem, qvod Prophetarum & Apoſtolorum ſcripta omni Theologiæ Thomæ, Scoti, Alberti & aliorum longiſſime eſſent præferenda, POLLYCHIUS hac de re argumentationes & ſolutiones Lutheri jam tum admirari ſatis non potuit, hinc ſuper menſam aliquando in hæc erupit verba:* Dieſer Mönch wird alle Doctores irre machen / und eine neue Lehre auffbringen / und die gantze Römiſche Kirche reformiren; Denn er legt ſich auff der Propheten und Apoſtel Schrifft / und ſtehet auff JEſu Chriſti Wort / das kan keiner mit der Philoſophie, Sophiſterey / Scotiſterey / Albertiſterey / Thomiſterey und dem gantzen Tartaret umſtoſſen. *Ex qvo*, eſt ἐπίκρισις LENZII, *ſumma viri ſapientia elucet, qvi optimum qvod eſſet, providit, & id, qvod evenit, veriſſime conjecit.* Et de JOH. CAPNIONE (germ. Klein-Rauch) ap. Dn. RUDIGERUM (c) invenio, qvod Lutheri cum Tetzelio certamen prædixerit. Si vero præſagium aliqvod unqvam in fumum abiit, certe ALBERTI CRANTZII illud eſt, plane de progreſſu ſuſceptæ a Luthero reformationis deſperantis, juxta ea quæ Dn. JOH. MOLLERUS h. m. recenſet: (d) *Albertus Crantzius in lectulo emortuali de theſibus Tetzelianis, ſive rectius, de theſibus B. Lutheri Anti-Tetzelianis, cum ipſi offerrentur, ita judicavit: Vera qvidem dicis, bone frater, ſed nihil efficies: Vade igitur in cellam tuam, & dic: Miſerere mei, Deus!* Multo enim aliter, ut in propatulo eſt, evenit.

(a) Tom. V. Altenb. fol. 599. (b) in Diſſ. cui Tit. *Profeſſorum Natione*

*Francorum, qvi Wittenbergam illuſtrarunt, ſeries*, Anno 1702. ventil. p. 7. (c) P. VII. Vitarum p. 118. (d) Iſagog. Hiſt. Cimbr. P. I. p. 98.

§. XXVIII. Lipſienſis Academia inter ſuos Theologos qvondam etiam numeravit GEORGIUM MOEBIUM. Huic, ſpartam Rectoris in Gymnaſio Martisburgenſi dum ſuſciperet, D. GOTTF. CUNDISIUS hoc modo præſagus gratulabatur: *Laudo tuam modeſtiam, qvæ hinc eluceſcit, qvod officium Scholaſticum non detrectaſti, qvod ſuo loco ſatis honorificum eſt. Erit tempus, qvo Patronus ſummus dicet: Amice, aſcende ſuperius.* Qvod etiam poſt viginti annorum ſpatium factum.

§. XXIX. *Hanc veram Hiſtoriam recito, ut junioribus notiores qvaſi fiant hi viri ex his familiaribus ſermonibus, ex qvibus in magnis ingeniis vim fatidicam ineſſe, animadverti poteſt. Nam de JOHANNE MURMELIO, qvi HEGIO poſtea in ſchola ſucceſſit, adhuc puero, idem RUDOLPHUS dixerat: Magna in te ingenii vis eſt; & de HERM. BUSCHIO velut ratiocinatus fuerat, eum celebrem Poëtam fore. Qvæ præſagia eventus ipſe ſtatim comprobavit.* Sunt verba B. D. CHYTRÆI loco ſupra §. 20. citato, eadem & hoc loco repetenda duxi.

§. XXX. Ex Præcl. Dn. M GOTTF. HOFFMANNI, Rectoris olim Lycei Laubanenſis, nunc in Rectoratu Zittavienſi, dignus qvi eſt Præceptoris CHR. WEISII in officio ſucceſſor, vitarum Paſtorum Laubanenſium deſcriptionibus, varia eaqve duriſſima refert fata Summe Rev. D. GEORG. HEINR. GOETZIUS, qvæ inter & hoc M. WEITZMANNI de MUSCOVIO Præſagium: Zu Droßen (in der Marck gelegen) ſtieß ihm auff der Schule eine neue Anfechtung zu: In dem Hauſe / darinnen er war / kam des Nachtes Feuer aus / da er kaum mit dem Leben entſpringen kunte. Weil ihm nun nicht nur ſeine / ſondern auch die von andern entlehnte Bücher alle verbrannten / und er auch keine Lebens-Mittel mehr zu finden wuſte / ſo getrauete er ſich nicht ſeine *Studia* fort zu ſetzen / ja der Muth war ihm dergeſtalt entfallen /

entfallen / daß er in der Angſt den Schluß faſſete / unter die Soldaten zu gehen / damit er nur ſeines Lebens Unterhalt finden könte. Doch unterwegens traff ihn ſein *Rector*, der Herr *M.* Weitzmann / an / und fragte ihn / wohin er ginge? Als dieſer nun ſeinen *deſperaten* Vorſatz wehmüthig erzehlet / redete ihn ſein *Præceptor* alſo an: Mein Muſcovi / du ſolt einmahl andere tröſten / du muſt nicht ſelber verzagen.

§. XXXI. Annon etiam, quæ de MICHAELE NEANDRO, communi fere Germaniæ, ut MORHOFIO alicubi, poſt PHILIPPUM MELANCHTHONEM, audit, præceptore, Dn. M. PET. JÆNICHEN (*) refert, huc pertineant, *Tibi, Vir Summè* judicandum relinqvo. Ita vero ille: *Ad Scholas Philippi deinde Vitembergam contendit, qvem Philippus non excipiebat tantum comiter, ſed prolixo ſemper affectu proſecutus eſt, & qvod græcarum noſtrum videbat literarum eſſe cupidiſſimum, nomen germanicum bono auſpicio in græcum convertit, præſagium qvaſi facturus, qvale demum literæ græcæ in Neandro præſidium ſint habituræ.*

(*) In Conſpectu Luſatiæ Literatæ IV.

§. XXXII. Triſtiſſimum Apoſtaſiæ fatum habuiſſe in filiis ſuis qvam plurimos in Eccleſia noſtra Theologos, inter alia & ex iis conſtat exemplis, qvæ Dn. D. GOEZIUS in Diſſert. de *Fatis triſtibus, qvæ Theologorum filii ſubierunt*, affert. Horum etiam auget merito numerum famoſus ille CHRISTOPHORUS OSTORODUS, de cujus crimine ipſo, ut nihil dicam, obſervo tantum, pientiſſimum ipſius parentem, HENNING OSTORODUM, peſſimum filii vitæ curriculum qvaſi prævidiſſe & prædixiſſe. Id qvod Dn. HEINECCIUS (*) hoc modo delineavit: Sein Vater war ein frommer Prediger hieſiges Ortes / Nahmens Henning Oſtorodus / welcher erſt in der Marckt-Kirche hernachmahls zu St Stephan ein treuer Diener des Wortes geweſen / und auch hieſelbſt im hohen Alter geſtorben. Seine Aufferziehung ließ ſich gleich in der Jugend alſo an / daß es ſchiene / als wolte aus dieſem unbändigen Kinde ein gottloſer Mann werden / ſo gar / daß der Vater öffters im Beyſeyn vieler vornehmen Leute klagte / er ſehe / ſein Sohn Chriſtoph ſey ein Schalck / und beſorge / daß / wenn er nun ſein Haupt geleget hätte / er ſeine Mutter in das gröſſeſte Hertzeleid bringen werde.

(*) In der kurtzen Hiſtor. Nachricht von dem Zuſtand der Kirchen in Goßlar / p 35

§. XXXIII. Filios (generos & diſcipulos) qvi in Patrum ſuorum, (Socerorum & Præceptorum) munera ſucceſſerunt, Diſputatione Hiſtorico-Morali nuperrime in Gymnaſio Schleuſingenſi recenſuit, mihiqve eandem, qvod grata agnoſco mente, transmiſit Fautor meus ſingularis, Dn. M. GODOF. LUDOVICI, Rector illius Gymnaſii multorum meritorum. Illis non ſolum, ut addatur, dignum eſt QVIRINI REUTERI nomen, ſed & hoc loco poſtulat, ut ipſius fiat mentio, ob ea, qvæ habet antea laudatus BOERNERUS l. c. p. 42, *QVIRINUS REUTERUS, inſignis qvondam Theologus Heidelbergenſis, Uratislaviam evocatus, cum URSINO, optimo præceptori ſuo, ultimum diceret vale, hic ita eum affatus fuiſſe fertur: Idem tibi dico, qvod mihi Philippus Melanchthon Vitemberga diſcedenti: In his terris iterum me non videbis, qvare hortor te, ut in Theologiæ ſtudium ſerio & alacriter incumbas, & omni conatu enitare, ut mihi aliqvando ſuccedas. Cui qvaſi præſagitioni eventus reſpondit.*

§. XXXIV. De GEORIO SABINO, Melanchthonis genero, teſte Dn. RüDIGERO, (*) ERASMUS in Epiſtola qvadam vaticinatus eſt: **Daß er dermahleins eine beſondere Zierde von Teutſchland werden würde.**

(*) P. VIII. p. 251.

§. XXXV. SAGITTARIORUM inclutum imo vix intermoriturum nomen, ob egregia in rem literariam merita, non minimum ex JOH. CHRISTFRIEDO SAGITTARIO accepit ſplendoris, qvippe de hoc divo viro, ut eum appellat M. JO. JAC. MULLER in Oratione ejusdem Panegyrica, duo inveniuntur ab ipſis Principibus edita præſagia. Auguſtiſſimus enim Dux Brunſwicenſis ac Lüneburgenſis, AUGUSTUS, aliqvando SAGITTARIUM in viridi adoleſcentia præter opinionem Brunſwici conſpiciens, ſecum in conclave ſuum duxit, de variis rebus, latino utens ſermone, cujus fuit peritiſſimus, rogavit, admiratusqve honeſtæ indolis ſingularitatem, erecti animi hilaritatem, vividi vultus ingenuitatem, concinni ſermonis ſvavitatem, elegantioris modeſtiæ gravitatem, pecuniario qvodam munere exhibito, manuqve ſua leniter ad-

mota

mota iſtius capiti, dixit: *Tu clarus evades, magnis inſerviturus Principibus.* Et FRIEDERICUS WILHELMUS literis ad Auguſtiſſimum Principem, divum ERNESTUM, poſt præmaturum Principis juventutis, FRIEDERICI WILHELMI III. obitum, horum Ducatuum hæredem, de SAGITTARIO a Scholaſtica ad Academicam ſpartam vocando exaratis, talia addidit: *Pergat modo SAGITTARIUS ſancta tractare ſtudia, ſe illius in Theologicis negotiis operam ſuo tempore certo certius eſſe uſurpaturum.*

§. XXXVI. In Calendario meo, qvod meditor, tragico, comparebit aliqvando etiam GEORGIUS SOPHOCARDIUS, Anno 1548. a Cardinali SANTANDREANO contra fidem datam raptus, adqve rogum damnatus. *Hic ad ſupplicium ductus cum in pyra extructa ad palum ſtaret, & Cardinalis ex adverſa feneſtra tapetibus ornata ſpectaculo frueretur, jam ardente flamma, hortante Georgium præfecto, ut bono animo eſſet, hæc qvidem flamma, inqvit, corpori moleſta eſt, cæterum animum minime frangit. At qvi nos ex ſuperiore loco tam ſuperbe deſpicit, intra paucos dies, qvam nunc arroganter ſedet, tam ignominioſe jacebit.* Nec vaticinio exitum defuiſſe apud *FREHERUM* in Theat. p. 151. legimus.

§. XXXVII. *Hæc Schola me non capit:* Verba hæc magnum Polyhiſtorem, νῦν ἐν ἁγίοις, CONRADUM SAMUELEM SCHURTZFLEISCHIUM, in Schola Corbacenſi, dum ſua ſponte illam desereret, parieti inſcripſiſſe Scholaſtico, atqve hac ratione egregium de ſe vaticinium edidiſſe traditur. Aſt & alii, & qvam plurimi Eruditiſſimi Excellentiſſimiqve Viri, auguſtum hoc ingenium in ipſius juventute præviderunt, atqve magnitudinem nominis qvaſi prædixerunt. Farraginem illorum, ut ita dicam, in NOVIS LITERARIIS GERMANIÆ (a) invenies: JOHANNES VIETOR, Præſes & Cancellarius aulæ Waldeccenſis, in ſolenni adoleſcentum de palma diſcertantium periclitatione Schurtzfleiſchium affatus eſt: *Pater Tuus nives ſpargit, meritisqve venerationem ætatis addit, in te magnum Boxhornium Salmaſiumqve deſtinat, & Erudito orbi pollicetur.* Nec multo poſt ad patrem dixit: *Filius aliam regionem qværit, cum Waldeccia non ſufficiat.* HAXTHAUSIUS, Vice-Cancellarius, ut vocant, Caſſellis, his noſtrum monuit: *E Patria egrediendum eſt, ut emergas, & Academiam ornes, ſerviasqve orbi.* ANTON. HAGENBUSCHIUS, qvondam Gieſſæ Profeſſor & Polyhiſtor eximius, poſt ſacrorum Antiſtes in

Waldec-

Waldeccia, pronunciavit: *Multa omnia ſibi data eſſe, qvibus adductus ſit ut ſentiat, Johannis* (eſt nomen Parentis) *filium lumen decusqve patriæ, & ornamentum orbis, qva literis colitur, futurum.* Et illuſtriſſimus J. C. Baro de BOINEBURG aliqvando ad J. C. DIETERICUM ita de hoc viro vaticinatus eſt: *Ecqvid Schurtzfleiſchius tuus, Waldeccus ille? eſt egregius juvenis ac magnæ ſpei, te duce ſine dubio maſcule perget in antiqvitatum ſtudio, qvod ejus ingenio videtur optime reſpondere; poſt fata noſtra magnum aliqvando in literarum dignitate tuebitur nomen.* (b)

(a) Anni 1708. p. 350. (b) In Epiſtolis Boineburgi p. 296.

§. XXXVIII. Cauſas præſagiorum, more Philoſophorum, ſi explicare inſtituiſſemus, & internæ & externæ ſeſe obtuliſſent qvam plurimæ. Nec ipſa *ſomnia* illarum numero ſunt excludenda. Egregium illius exemplum habemus in M. CHRIST. SEYFERTO, Paſtore qvondam apud Görlicenſes primario. Nam cum ille recipiendus eſſet in Gymnaſium, Rectori, MARTINO MOLLERO, in ſomniis oblata fuit ſpecies, ac ſi vegeta multæqve ſpei arbuſcula curæ ipſius crederetur. Id SEYFERTO in Academiam abeunti narravit, addens: *Age ſpem de Te conceptam expleas, nec redeas, niſi vocatus.* Cujus & ſomnii & voti complementum ex vitæ curriculo in NOV. LIT. GERM. A. 1708. p. 22. ſq. conſtat abunde.

§. XXXIX. Et Balthica ora præbent nobis exemplum HENRICI SIVERS, Chori Muſici apud Lubecenſes Directoris. Ille enim, ut verbis loqvar D. GOEZII in additam. ad Diatr. *de Mercatoribus Eruditis*, §. 4. *Aparentibus nundinationi deſtinatus ſvaſu & conſilio anteceſſoris ſui laudatiſſimi, B. JAC. PAGENDARMII, in Scholam miſſus, artibus ingenuis & literis præclaram navavit operam, usqve dum ad Cantoris vocaretur munus, atqve Præceptori ſuo, qvi olim qvaſi jocans eum allocutus erat: Tu aliqvando meus evades ſucceſſor, rite ſurrogaretur.*

§. XL. Atqve ſic, Mæcenas optime, filum abrumpo, non ac ſi major deeſſet præſagiorum ejusmodi numerus, ſed ne patientia tua abuti videar. Collegi eadem, ut ſub initum monui, ductu *Præſagii Carpzoviani, olim de Te editi*, & tam egregie hoc ipſo anno, dum ſummum Eccleſiaſticæ dignitatis juſſu Potentiſſimi Poloniarum Regis & Saxoniæ Electoris, conſcendiſti faſtigium, impleti. Collecta Tibi, *VIR SUMME*, cujus qvam plurima in meam tenuitatem extant benevolentiæ ſigna, qvin offerrem ex humili mea caſa, adjecto voto ex imo pectoris ardentiſſimo, pro ſalute atqve incolumitate Magnificentiæ Tuæ, nullus dubitavi. Oblata vero hæc ipſa Hiſtoriæ Literariæ ſegmenta, ſi benevolo, id qvod enixe rogo, accipies vultu, erit de qvo maxime mihi gratulabor. Vale.

*Parchumi, A. O. R. M. DCC. IX.*
*in Vigiliis Andreæ.*

(o)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn833110128/phys_0027

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn833110128/phys_0028

*& invenietur ſcientia in mulieribus* , ſive de … ſa intellectum id velint , ſive quod veriſimilius eſt , … ingenii acumine , qua tamen nulla audacior eſſet … quam hyperbole , convincere erroris ac temerarii a… videbimus.

## XVI.

Illud interim , dum ad ipſum , quanquam … rum admodum exemplorum recenſum altera Diſſertat… licebit , monendum ſupereſt , cum nequidem ad … egisque ſuæ arcana mulieres admittere velint ſuas … Doctores , vix eſſe , cur magnum aut qualemcunqu… ſanæ eruditionis apparatum ab iisdem nobis promitt… rtim, poſtquam , quam alieno ſit animo tota gens E… octrina externa & literatura Græca Latinaque non… niori verum etiam Philoſophia addiſcenda , ſatis ſup… t , & ſi a Luſitanis , hodie certe , diſcedas , uti vix n… sque inter eruditiſſimos cætera Judæos vel prima … t ſapientiæ externæ rudimenta teneat , nemin… converſato ignotum eſſe poteſt ; magno quidem … converſionis ac ſalutis impedimento & ſingulari , … divino juſtoque judicio , quo fieri ſolet , ut quæ … erſus ipſos latine plerunque ſcribuntur , (non ſatis … ſilio) hac ratione inſtar clauſorum Librorum , ut pr… o Eſ. XXIX. II. 12. illis ſint , quos nec evolvunt ac l… gere queunt , multominus intelligunt aut in animu… ; At longo majori ſuæ nationis dedecore , quippe q… tiam olim toti terrarum orbi ad invenienda diſciplina… n ſecreta & excolenda eadem præluxiſſe non poſtr… Virorum Doctorum eſt ſententia ſcriptis haud prolet… bata; quinimo ab ipſismet Judæis , quorum aliquis o… tiam & diſciplinam Paganorum יניחו להם חכמי … לקח העברים